

1310 : THE MANSION IN S. GIO : GRISOSTOMO ꝯ MARCO POLO  
Dimitto suprascriptis Stephano & johanino paulo nepotibus meis & eorum heredum  
masculis karatos quatuor, tali uero condicione quod si aliquis eorum obiret absque  
herede masculo quod pars morientis deueniat in superuiuentem, & si ille ultimus  
qui superuixerit obiret absque herede masculo tunc uolo quod de predictis karatis  
quatuor duo deuenire debeant in predictum marcum paulo nepotem meum uel in eius  
heredes masculos, & alii duo karati deuenire debeant in suprascriptum Nicolaum  
paulo nepotem meum uel in eius heredes masculos Jtem dimitto suprascripto  
Nicolao paulo nepoti meo uel eius heredibus masculis karatum vnum cum dimidio  
de mea parte Totum residuum dicte partis mee tocius suprascripte proprietatis  
dimitto suprascripto marco paulo nepoti meo uel eius heredibus masculis & si  
accideret quod ipse obiret absque herede masculo qui non peruenisset ad legitimam  
etatem, tunc uolo quod de dicto residuo karati duo deueniant in predictum  
Nicolaum nepotem meum uel eius heredes masculos & alij duo karati deuenire  
debeant in predictos Stephanum & johaninum paulo nepotes meos uel in eorum  
heredes masculos ut supra dictum est de predictis quatuor karatis quos eis dimitto  
Residuum ordinet & disponat predictus marcus nepos meus ad suum uelle Illos  
karatos mee partis dicte proprietatis quos dimitto suprascriptis Nicolao Stephano  
& Johanino paulo nepotibus meis uel suis heredibus Nolo quod aliquis predictorum  
seu heres alicuius eorum dum predictus marcus paulo nepos meus uixerit possit  
facere sibi assignari aliquo modo partem in dicta proprietate pro aliqua clausura  
seu seraia facienda in dicta proprietate sed uolo dum predictus marcus uixerit quod  
predicta proprietas aperta permanere debeat sicut est ad presens uolo tamen quod  
quilibet predictorum possit & stare debeat in predicta proprietate in tantum quantum  
sibi contingit secundum suos karatos quod ei dimitto, De residuo omnium meorum  
bonorum inordinatorum uolo quod fiant quatuor partes vna quarum deueniat in  
predictum marcum paulo nepotem meum, secunda in suprascriptum Nicolaum  
paulo uel eius heredes cum illa condicione quam superius declarauim de illis im-  
prestis que ei uel filio suo marcolino dimitto Tercia pars deueniat in suprascriptos  
Stephanum & Johaninum paulo nepotes meos pro qua tertia parte ipsos heredes  
meos instituo & quemlibet ipsorum seu heredes eorum & eciam pro omnibus  
dimissoriis quas eis dimitto in hoc meo testamento siue per successionem siue  
aliter ipsos Stephanum & johaninum paulo nepotes meos heredes meos instituo  
Quarta pars deueniat in filias suprascripti marci paulo nepotis mei Jtem uolo &  
ordino quod omnia statuta & consilia veneciarum que pertinent ad conseruacionem  
& roboracionem huius mei testamenti integraliter obseruentur Jtem uolo & ordino  
quod predicti mei commissarii insimul esse debeant ad intromitenda omnia &  
singula mea bona Et quod debeant persoluere omnia & singula predicta legata infra